

DOMINICA XXI « PER ANNUM »

Ant. ad introitum

Ps 85, 1-3

Inclína, Dómine, aurem tuam ad me, et exáudi me.
Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.
Miserére mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die.

Collecta

Deus, qui fidélium mentes unius éfficis voluntátis,
da pópolis tuis id amáre quod prácipis,
id desideráre quod promítis,
ut, inter mundánas varietátes,
ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáudia.
Per Dóminum.

Super oblata

Qui una semel hóstia, Dómine,
adoptiónis tibi pópulum acquisísti,
unitátis et pacis in Ecclésia tua
propítius nobis dona concédas.
Per Christum.

Ant. ad communionem

Ps 103, 13-15

De fructu óperum tuórum, Dómine, satiábitur terra,
ut edúcas panem de terra, et vinum létificet cor hóminis.

Vel:

Io 6, 55

Qui mandúcat meam carnem et bibt meum sanguinem,
habet vitam ætéram, dicit Dóminus;
et ego resuscitábo eum in novíssimo die.

Post communionem

Plenum, quásimus, Dómine,
in nobis remédium tuæ miseratiónis operáre,
ac tales nos esse pérfice propítius et sic fovéri,
ut tibi in ómnibus placére valeámus.
Per Christum.

DOMINICA XXII « PER ANNUM »

Ant. ad introitum

Ps 85, 3. 5

Miserére mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die;
quia tu, Dómine, suávis ac mitis es,
et copiósus in misericórdia ómnibus invocántibus te.

Dicitur Glória in excélsis.

Collecta

Deus virtútum, cuius est totum quod est óptimum,
ínsere pectóribus nostris tui nóminis amórem,
et præsta, ut in nobis, religiónis augménto,
quæ sunt bona númerias,
ac, vigiláti stúdio, quæ sunt nutrita custódias.
Per Dóminum.

Anno A

Lectio prima

Factus est mihi sermo Domini in opprobrium.

Léctio libri Ieremíae prophétæ

20, 7-9

Seduxísti me, Dómine, et sedúctus sum; fórtior me
fuísti et invalísti, factus sum in derísum tota die,
omnes subsánnant me.

Quia iam olim loquor vocíferans iniquitatém et va-
stitatém clámito; et factus est mihi sermo Dómini in
opprobrium et in derísum tota die.

Et dixi: « Non recordábor eius neque loquar ultra
in nómine illius », et factus est in corde meo quasi
ignis exáestuans clausúsque in óssibus meis, et deféci
ferre non sústinens. — Verbum Dómini.

Psalmus responsorius

Ps 62, 2. 3-4. 5-6. 8-9 (R.: 2 b)

- R. Sitívit in te áнима mea, Dómine, Deus meus.
 2 Deus, Deus meus es tu, ad te de luce vígilo.
 Sitívit in te áнима mea,
 te desiderávit caro mea. R.
 3 In terra desérita et árida et in aquósa,
 sic in sancto appárui tibi,
 ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.
 4 Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas,
 lábia mea laudábunt te. R.
 5 Sic benedíciam te in vita mea,
 et in nómíne tuo levábo manus meas.
 6 Sicut ádipe et pinguédine repleátur áнима mea,
 et lábiis exsultatiónis laudábit os meum. R.
 8 Quia fuísti adiútor meus,
 et in velaménto alárum tuárum exsultábo.
 9 Adhésit áнима mea post te,
 me suscépit déxtera tua. R.

Lectio secunda

Exhibete corpora vestra hostiam viventem.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Romáños

12, 1-2

Obsecro vos, fratres, per misericórdiam Dei, ut exhibeáti córpora vestra hóstiam vivéntem sanctam Deo placéntem, rationábile obséquium vestrum;
 et nolíte conformári huic sáculo, sed transformámini renovatióne mentis, ut probétis quid sit volúntas Dei, quid bonum et bene placens et perféctum.
 Verbum Dómini.

Dominica, anno A

53

Alleluia

Cf. Eph 1, 17-18

- R. Allelúa. V. Pater Dómini nostri Iesu Christi illúminet óculos cordis nostri,
 ut sciámus quæ sit spes vocatiónis nostræ.
 R. Allelúa.

Evangelium

*Si quis vult post me venire,
 abneget semetipsum.*

† Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum

16, 21-27

In illo témpore:

Cœpit Iesus osténdere discípulis suis quia oportéret eum ire Hierosólymam et multa pati a seniöribus et principibús sacerdótum et scribis et occidi et tértia die resúrgere.

Et assúmens eum Petrus cœpit increpáre illum dicens: « Absit a te, Dómine, non erit tibi hoc ».

Qui convérsus dixit Petro: « Vade post me, Sátana! Scándalum es mihi, quia non sapiis ea quæ Dei sunt sed ea quæ hóminum ».

Tunc Iesus dixit discípulis suis: « Si quis vult post me venire, abneget semetípsum et tollat crucem suam et sequátur me.

Qui enim volúerit ánimam suam salvam fáceré, perdet eam; qui autem perdíderit ánimam suam propter me, invéniet eam.

Quid enim prodest hómini, si mundum univérsum lucrétur, ánimæ vero sua detriméntum patiátur? Aut quam dabit homo commutatiónen pro ánima sua?

Fílius enim hóminis ventúrus est in glória Patris sui cum ángelis suis, et tunc reddet unicuíque secúndum opus eius ». — Verbum Dómini.

Anno B

Lectio prima

*Non addetis ad verbum quod vobis loquor ...
custodite mandata Domini.*

Léctio libri Deuteronomii

4, 1-2. 6-8

Et nunc, Israel, audi præcépta et iudicia, quæ ego dóceo te, ut fáciens ea vivas et ingrédienſ possídeas terram, quam Dóminus Deus patrum vestrórum datúrus est vobis.

Non addétis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferétis ex eo: custodíte mandáta Dómini Dei vestri, quæ ego præcípio vobis. Et observábitis et implébitis ópere.

Hæc est enim vestra sapiéntia et intelléctus coram pólulis, ut, audiéntes univérsa præcépta hæc, dicant: « En pólulus sápiens et intellegens, gens magna ».

Nec est ália nátio tam grandis, quæ hábeat deos appropinquántes sibi sicut Deus noster adest cunctis obsercatónibus nostris.

Quæ est enim ália gens sic ínclita, ut hábeat cæremonías iústaque iudicia et univérsam legem, quam ego propónam hódie ante oculos vestros?

Verbum Dómini.

Psalmus responsorius

Ps 14, 2-3 ab. 3 cd-4 ab. 5 (R.: 1 a)

R. Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo?

² Qui ingréditur sine mácula, et operátur iustítiam;
³ qui lóquitur veritátem in corde suo,
qui non egit dolum in lingua sua. R.

Nec fecit próximo suo malum,
et opprórium non íntulit próximo suo.

⁴ Ad níhil reputátus est in conspéctu eius malignus, timéntes autem Dóminum glorificat. R.

⁵ Qui pecúniam suam non dedit ad usúram,
et múnera super innocéntem non accépit.
Qui facit hæc, non movébitur in æténum. R.

Lectio secunda

Estote factores verbi.

Léctio Epístolæ beáti Iacóbi apóstoli

1, 17-18. 21 b-22. 27

Fratres mei dilectíssimi:

Omne datum óptimum et omne donum perféctum de sursum est, descéndens a Patre lúminum, apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Voluntárie génuit nos verbo veritatis, ut simus primítiae quædam creaturæ eius.

In mansuetudine suscípite ínsitum verbum, quod potest salvare ánimas vestras. Estote autem factores verbi, et non auditóres tantum falléntes vosmetípos.

Relígio munda et immaculáta apud Deum et Patrem hæc est, visitare pupílos et víduas in tribulatióne eórum, et immaculátum se custodíre ab hoc sǽculo.

Verbum Dómini.

Alleluia

Iac 1, 18

R. Alleluia. R. Voluntárie génuit nos Pater verbo veritatis,
ut simus ínitum áliquod creaturæ eius.

R. Alleluia.

Evangelium

*Relinquentes mandatum Dei
tenetis traditionem hominum.*

† Léctio sancti Evangélii secúndum Marcum
7, 1-8. 14-15. 21-23

In illo témpore:

Convénient ad Iesum Pharisáei et quidam de scribis venientes ab Hierosólymis, et cum vidissent quosdam ex discípulis eius commúnibus mánibus, id est non lotis, manducáre panes

— Pharisáei enim et omnes Iudaei, nisi pugillo lavent manus non mandúcant, tenéntes traditiónem seniórum, et a foro nisi baptizéntur non cómedunt, et ália multa sunt quæ accepérunt servánda: baptísmata cálicum et urceórum et aëramentórum et lectórum —

et intérrogant eum Pharisáei et scribæ: « Quare discípuli tui non ámbulant iuxta traditónem seniórum, sed commúnibus mánibus mandúcant panem? »

At ille dixit eis: « Bene prophetávit Isaías de vobis hypócritis, sicut scriptum est: "Pópulus hic lábiis me honórat, cor autem eórum longe est a me; in vanum autem me colunt, docéntes doctrínas præcepta hóminum". Relinquéntes mandátum Dei tenétis traditónem hóminum ».

Et advocáta íterum turba dicébat illis: « Audíte me omnes et intellégite: Nihil est extra hóminem intróiens in eum, quod possit eum coínguiñare; sed quæ de hómine procédunt, illa sunt quæ coínguiñant hóminem.

Ab intus enim de corde hóminum cogitatiónes maleæ procédunt, fornicatiónes, furtæ, homicídia, adulteria, avaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicítia, óculus malus, blasphémia, supérbia, stultítia: omnia hæc mala ab intus procédunt et coínguiñant hóminem ».

Verbum Dómini.

Anno C

Lectio prima

Humilia te, et coram Deo invenies gratiam.

Léctio libri Sirácidae

3, 19-21. 30-31

Fili, in mansuetúdine ópera tua pérfice, et super hóminum glóriam diligérис. Quanto magnus es, humília te in ómnibus, et coram Deo invénies grátiam, quóniam magna poténtia Dei solús, et ab humíllibus honorátur.

Synagógæ superbórum non erit sánitas, frutex enim peccáti radicábitur in illis et non intellegéatur. Cor sapientis intellégitur in sapiéntia, et auris bona áudiet cum omni concupiscéntia sapiéntiam.

Verbum Dómini.

Psalmus responsorius

Ps 67, 4-5 ac. 6-7 ab. 10-11 (R.: cf. 11 b)

R. Parásti domum in bonitáte tua páuperi, Deus.

4 Et iusti læténtur et exsúltent in conspéctu Dei, et delecténtur in lætitia.

5 Cantáte Deo, psalmum dícite nómini eius; Dóminus nomen illi. R.

6 Pater orphanórum et iudex viduárum, Deus in habitáculo sancto suo.

7 Deus, qui inhabitáre facit desolátos in domo, qui edúcit vinctos in prosperitatē. R.

10 Pluviam voluntáriam effundébas, Deus; hereditatē tuam infirmátam, tu refecísti eam.

11 Animália tua habitábant in ea, parásti in bonitáte tua páuperi, Deus. R.

Lectio secunda

*Accessistis ad Sion Montem
et Civitatem Dei viventis.*

Léctio Epistolæ ad Hebræos

12, 18-19. 22-24 a

Fratres:

Non accessistis ad tractabilem et ardéntem ignem et türbinem et caliginem et procéllam et tubæ sonum et vocem verbórum, quam qui audiérunt recusavérunt ne ultra eis fieret verbum.

Sed accessistis ad Sion Montem et Civitátem Dei vivéntis, Ierúsalem cælestem, et multa mília angelórum, frequéntiam et Ecclésiam primogenítórum qui conscripti sunt in cælis, et iúdicem Deum ómnium, et spíritus iustórum qui consummáti sunt, et Testaménti Novi Mediátórem Iesum. — Verbum Dómini.

Alleluia

Mt 11, 29 ab

R. Alleluia. *y.* Tóllite iugum meum super vos,
dicit Dóminus,
et díscite a me, quia mitis sum et húmilis
corde. R. Alleluia.

Evangelium

*Qui se exaltat humiliabitur,
et qui se humiliat exaltabitur.*

† Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam

14, 1. 7-14

In illo témpore:

Factum est, cum intráret Jesus in domum cuiúsdam príncipis Pharisæórum sábbato manducáre panem, et ipsi observábant eum.

Dicébat autem ad invitátos parábolam, inténdens quómodo primos accúbitus elígerent, dicens ad illos:

« Cum invitátus fúeris ab áliquo ad nuptias, non discúmbas in primo loco, ne forte honoratór te sit invitátus ab eo, et véniens is qui te et illum vocávit, dicat tibi: " Da huic locum "; et tunc incípias cum rubore novíssimum locum tenére.

Sed cum vocátus fúeris, vade, recúmbe in novíssimo loco, ut cum vénérerit qui te invitávit, dicat tibi: " Amíce, ascénde supérius ": tunc erit tibi glória coram ómnibus simul discumbéntibus. Quia omnis qui se exáltat humiliabitur; et qui se humiliat exaltabitur ».

Dicébat autem et ei qui se invitáverat: « Cum facis prándium aut cenam noli vocare amícos tuos neque fratres tuos neque cognátos neque vicínos dívites, ne forte et ipsi te reinvítent, et fiat tibi retríbútio.

Sed cum facis convívium voca páuperes, débiles, claudos, cæcos; et beátus eris, quia non habent retríbútio tibi, retríbuétur enim tibi in resurrectióne iustórum ».

Verbum Dómini.

Dicitur Credo.

Super oblata

Benedictiónem nobis, Dómine, cónferat salutárem sacra semper oblátio, ut, quod agit mystério, virtúte perficiat. Per Christum.

Præfatio de dominicis « per annum », pp. 588-595.

Ant. ad communionem

Ps 30, 20

Quam magna multitúdo dulcéinis tuæ, Dómine, quam abscondísti timéntibus te.

Vel:**Mt 5, 9-10**

Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.
 Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam,
 quoniam ipsorum est regnum celorum.

Post communionem

Pane mensae celestis refecti, te, Domine, deprecamur,
 ut hoc nutrimentum caritatis corda nostra confirmet,
 quatenus ad tibi ministrandum in fratribus excitemur.
 Per Christum.

Feria secunda**Ant. ad introitum****Ps 85, 3. 5**

Miserere mihi, Domine, quoniam ad te clamavi tota die;
 quia tu, Domine, suavis ac mitis es,
 et copiosus in misericordia omnibus invocantibus te.

Collecta

Deus virtutum, cuius est totum quod est optimum,
 insere pectóribus nostris tui nómínis amorem,
 et præsta, ut in nobis, religiónis augménto,
 quæ sunt bona nútrias,
 ac, vigilanti stúdio, quæ sunt nutrita custódias.
 Per Dóminum.

Anno primo**Lectio prior**

Deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo.

Léctio Epistolæ primæ beati Pauli apóstoli
 ad Thessalonicenses **4, 13-17**

Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut
 non contristemini sicut et céteri qui spem non habent.

Si enim crédimus quod Jesus mórtuus est et resurréxit,
 ita et Deus eos qui dormierunt per Iesum addúcet
 cum eo.

Hoc enim vobis dícimus in verbo Dómini, quia nos
 qui vívimus, qui relíquimur in advéntum Dómini, non
 præveniémus eos qui dormierunt;

quoniam ipse Dóminus in iussu, in voce archángeli
 et in tuba Dei, descéndet de cælo, et mórtui qui in
 Christo sunt resúrgent prími,

deinde nos qui vívimus, qui relíquimur simul ra-
 piémur cum illis in núbibus óbviā Dómino in áera:
 et sic semper cum Dómino érimus.

Verbum Dómini.

Psalmus responsorius**Ps 95, 1 et 3. 4-5. 11-12. 13 (R.: 13 ab)**

R. Venit Dóminus iudicáre terram.

¹ Cantáte Dómino cáanticum novum,
 cantáte Dómino, omnis terra.

³ Annuntiáte inter gentes glóriam eius,
 in omnibus populi mirabília eius. R.

⁴ Quóniam magnus Dóminus et laudabilis nimis,
 terribilis est super omnes deos.

⁵ Quóniam omnes dii géntium inánia,
 Dóminus autem cælos fecit. R.

¹¹ Læténtur cæli et exsultet terra,
 sonet mare et plenitudo eius;

¹² gaudébunt campi et ómnia quæ in eis sunt. R.

Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum

¹³ a fácie Dómini, quia venit,
 quoniam venit iudicáre terram.
 Iudicábit orbem terræ in iustitia
 et pöpulos in veritáte sua. R.